UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Privilegiis Clericorum. Tit. 22

urn:nbn:de:hbz:466:1-62002

Visual Library

35 *Decimò; Loci vel corporis*, cum competit privilegium, *deſtructione;* ſi quidem ea fiat per habentem poteſtatem ex inſtituto, & auferatur reſtitutionis ſpes omnis. *Suar. d. lib. cap. 5. num. 6.*

36 Innovatio privilegii, in forma communi; nihil novi tribuit, nec facit privilegia revocata aut amiſſa reſtitui; ſed tantum ea quæ fuerunt, conſervat. *d. c.* ex parte. *c. quia intentionis. 29. hic. can. longinquitate. 12. qu. 2. Abbas conſ. 67. num. 1.* Quæ fit ex certa ſcientia, ea tribuit. *Abb. ad c. 4. num. 4. de cauſſ. poſſ. & propriet. & c. inter. 6. num. 9. & ibi Felin. de fide inſtrum.* Qua tamen in re inſpicienda ſunt verba *Suarez. d. lib. 8. cap. 20.*

# TITULUS XXII.

## De Privilegiis Clericorum.

### SUMMARIA.

1. *Privilegia Clericorum circa quæ verſentur.*
2. *Circa perſonas, quod habeantur Laicis digniores.*
3. *Peculium habeant.*
4. *A muneribus perſonalibus ſint immunes:*
5. *Peregrinantes recipiuntur in gradu.*
6. *In vinculis conjici prohibeantur.*
7. *Vis eis à Laicis illata ſeveriter vindicetur.*
8. *Offenſiva pœna Excommunicationis.*
9. *Clericorum appellatione qui hic veniant.*
10. *An Monachi eodem gaudent privilegio, & qui eorum veniant nomine hic.*
11. *Quid per manuum violentam injectionem intelligitur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

12. *Qui ergo incurrant pœnam Canonis, Si quis ſuadente, &c.*
13. *Pœna Canonis quanta.*
14. *Quæ ab ea excuſantur.*
15. *Quis ab ea abſolvere poteſt.*
16. *Privilegia Clericorum circa Res:* 1. *Sunt liberæ.*
17. *Veſtigalia non ſolvunt.*
18. *Nulli excipiuntur.*
19. *Sordida & Extraordinaria munera non ſolvunt.*
20. *Realia tamen aliquando onera.*
21. *Quid in aliis.*
22. *Nulla ſolvunt pedagia & ſimilia. Sed de quibus.*
23. *Circa actiones Criminales quæ habent privilegia.*
24. *Quæ circa perſonales.*
25. *An circa Reales.*
26. *An cauſſam, ut defendant Laicos ad forum ſuum trahere poſſunt.*
27. *Quid iis ſervandum in cauſſis Feudalibus.*
28. *Poſſeſſoriis beneficialibus.*
29. *Judex Secularis de iniquitate Judicis Eccleſiaſtici cognoſcere poteſt.*
30. *Extra provinciam non poſſunt Clerici in Jus vocari.*
31. *Beneficia Eccleſiaſtica regulariter conferuntur tantum Clericis.*
32. *Clerici habent Beneficium c. Odoardus de ſolution.*
33. *Ut Eo beneficio utantur, quæ requirantur.*
34. *Qualis debeat cautio eſſe.*

35. *An*

35. *An dicto privilegio poſſint renunciare.* 36. *Qui Eo non gaudent.*

1 P*Rivilegia* quibus gaudent Clerici, vel concernunt Eorum *perſonas*, vel *res*, vel *actiones*.

2 *Perſonas* concernentia ſunt *Primùm;* Quod Laicis habeantur digniores: *can. beatus.* 6. *qu.* 1. proptereaque illi, non hi, *cap.* 1. *& fin. diſt.* 69. *c.* 1. *de Clerico non ord. miniſt. can. Maximianus in fin. diſt.* 81. divina officia celebrant: in Altari miniſtrant: ſacra contingunt: *can. ſacratas cum ſeqqq. & fere per tot. diſt.* 23. officia Eccleſiaſtica exercent: *Squillante de privileg. Cleric. cap.* 1. *à princ. & in ea, c. fin. de reſcript. in* 6. *Garc. de benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 60. *& p.* 7. *cap.* 11. *num.* 1. beneficia Eccleſiaſtica conſequuntur & obtinent: *c. ex litteris. de tranſact. c. cum adeò. de reſcript. c.* 2. *de inſtit. Squillant. d. tract. cap.* 4. *Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib.* 4. *qu.* 2. ad orandum & communicandum, à Laicis ſeparati, intra cancellos Altaris, ſtant: *can. Sacerdotum. de conſecrat. diſt.* 2. *c.* 1. *de vita & honeſt. Cleric. Conc. Brachar.* 1. *cap.* 31. *Durand. de modo gener. Concil. celeb. rub.* 55. *num.* 3. Collegium, tanquam Clerici, faciunt: *arg. c. fin. de relig. dom. Innoc. in c. delicta. num.* 9. *de exceſſ. Prælat. Abb. in c. accedentes. num.* 1. *in* 3. *notab. de præſcript. Anchar. in c. conſtitutionem. num.* 4. *de jur. in* 6. tacto pectore, non ſcripturis, ſolum in conſcientia jurant: *can. ſi quis Presbyter.* 2. *qu.* 4. *c. cum in cauſſa. de juram. calum. Squillant. d. tract. cap.* 16. *num.* 3. *Chriſtoph. de Pace in Schol. ad Leges Styli.* 240. *num.* 1. *cum ſeqq. Carol. de Graſſ. de effectib. Clerical. effectu. Bellet. diſquiſ. Clerical. part.* 1. *tit. de Clerico teſte.* §. 4. *num.* 12. Laici ipſis non imperant: *c. Eccleſia.* 18. *de conſtitut. c. fin. de reb. Eccleſ. non alienand.* Eis fidelitatis juramentum non præſtant: *c. nimis.* 30. *de jur. rejur.* niſi ab ipſis temporalia habeant: *d. c. nimis.* 10. quia tunc minores ſunt Laicis. *c. ſolitæ.* 6. *de major. & obed.*

3 *Secundum;* Quod, etiam in poteſtate patria conſtituti, peculium caſtrenſe acquirant; de eo diſponant, illud alienent: *Novel.* 1. *cap.* 19. *vid. c.* 1. *de teſtam.* niſi contemplatione Eccleſiæ ſuæ acquiſiverint. *c. cum in officiis. eod.*

*Tertium;* Quod à muneribus perſonalibus ſint immunes : *can.* 4
*Epiſcopus. diſt.* 88. *can.* 20. *de præſentium can.* 40. *generaliter.* 16. *qu.* 1.
*l. Presbyteros. l. generaliter ſancimus.* 2. *Cod. de Epiſc. & Cleric.*

*Quartum;* Quod ſi peregrinentur; in gradu ſuo ſuſcipiantur; 5
ad verbum faciendum & oblationem conſecrandi invitantur: *can.* 38.
*Epiſc.* 7. *qu.* 1. *ex Concil. Carthag.* 11. *can.* 33. rectè tabernas ingrediantur:
*can. Clerici.* 4. *diſt.* 44. in itinere habitum mutent: *can.* 9. *Epiſcopi.*
21. *qu.* 4. ab excommunicatis cibos ſumant: *can. quoniam* 11. *qu.* 1.
comam relexent: *c. ſi quis ex Clericis. de vita & honeſt. Cleric.* Sacramentum
pænitentiæ, etiam interdicti tempore, & petant, & accipiant.
*c. quod in te.* 11. *de pænit. & remiſſ.*

*Quintum;* Quod eos in vinculis, aut cuſtodia, ſeu publica, ſeu 6
privata, quamvis ſine læſione, detinentes, excommunicantur. *c. nuper
à Nobis* 29. *de ſent. excom.* Clericus tamen fur auctoritate Superioris
ligari, & uſque ad reſtitutionem torqueri poterit. *c. gravis. de
depoſito.*

*Sextum:* Quod eis à Laicis vis expulſiva illata, ſeveriori ſenten- 7
tia vindicatur. *can. contra.* 28. *can. laici.* 37. *can.* 8. *inventum* 16.
*qu.* 7.

*Septimum;* Quod vis offenſiva in eos commiſſa, excommuni- 8
cationis ſententia, ipſo jure puniatur: *tota fere cauſ.* 17. *qu.* 4. *maximè
in can. ſi quis ſuadente Diabolo cap. quod de his.* 26. *cap. pervenit.* 17. *c.
tua nos.* 19. *de ſent. excommun.*

Statuit Innocentius II. *in d. can. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *qu.* 4.
*Quod ſi quis violentas manus in Clericum, ſeu Monachum, injicere,
Diabolo ſuadente, præſumpſerit, anathematis vinculo eo ipſo ſubjaceat, à
quo non poſſit, niſi per Romanum Pontificem abſolvi.*

Quod privilegium, quia in praxi frequens, fuſiorem deſiderat
explicationem. Quam dabimus *cum Barboſ. d. lib. & cap.* §. 3.

Dicit *in Clericum; Clerici* appellatione hic veniunt omnes, qui 9
verè, *Maſcard. de probat. concl.* 848. *num.* 6. *Sqnerel. in deciſ. fori Eccleſ.
deciſ.* 25. *num.* 58. in alicujus Ordinis gradu, etiam prima tonſura,
ſunt conſtituti: *Duen. reg.* 99. *ampl.* 2. *Navar. in man. Prælat. cap.* 27.
*num.* 49. *Squillante d. tr. cap.* 6. *ex num.* 5. *Carol. de Graſſ. effectu* 6. *à*

*num.* 68. *Pariſ. conſ.* 40. *num.* 21. *Rayner. in catalogo cenſ. & irregula. tit. de excommun. extra Bullam. cap.* 9. *notab.* 2. *Bonacina. tract. de cenſu. diſp.* 2. *qu.* 4. *punct.* 1. *num.* 1. Licet ſint conjugati, modò cum virgi ne & unica & in habitu clericali & tonſura incedant: *Sayr. tract. de cen ſur. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 4. *Bellet. diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit. de favor Clericorum. Canonis.* §. 1. *num.* 36. *Ciarlin. controverſ. forenſ. cap.* 53 *num.* 6. *Bonacina d. punct.* 1. *num.* 2. ſint irregulares, ſuſpenſi, interdi cti; *can. dictum. & ibi Gloſſ. in fin. diſt.* 81. *Abb. in c. Eccleſiæ num.* 8. *de immun. Eccleſ. Clarus.* §. *fin. qu.* 77. *verſ. ſed nunquid. Farinac. in prax. crimin. part.* 1. *qu.* 28. *num.* 40. *Portell. in dubiis regular. verb. manus violentiæ. num.* 3. *Tuſchus pract. concluſ. lit. P. concluſ.* 174. *num.* 15 quia retinent Ordinem: *Coriolan. de caſib. reſervat. part.* 2. *caſu* 10. *Jud. Regular.* §. 10. *num.* 26. degradati, licet tantum verbaliter: *c. de gradatio de pœnis in* 6. *Gloſſ. verb. Presbytero. in can. accedens. diſt.* 50 *Hyppol. de Marſil. ſing.* 107. *num. & ſing.* 179. *num.* 4 *Clar.* §. *fin. qu.* 77 *num.* 10. *Menoch. de arbitr. caſu* 415. *num.* 5. & 9. *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 110. *num.* 3. mortui: *Abb. & Felin. in c. à nobis ill.* 2. *de ſent. excom. de Graſſis d. effectu* 9. *num.* 140. Non hæretici *Carrer. tract. de hæretic. num.* 148. *Decian. tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 4 *num.* 12. *ante fin. verſ.* 12. & *cap.* 42. *num.* 2. *princ. Farinac. de hæreſ. qu.* 189. *num.* 33. ſchiſmatici, *Squillante. d. cap.* 6. *num.* 15 *Portell. d. ver bo. manus violenta. num.* 4. bigami, *c.* 1. *de bigam. in* 6. *Bonacina d. punct.* 1. *num.* 5. & *tract. de cenſur. extra Bullam. diſp.* 2. *qu.* 3. *punct.* §. 3. *num.* 14 ſeditionibus, prœliis, aggreſſionibus & ſimilibus cu mitatibus, *Squillante d. cap.* 6. *num.* 12. *Molina de Juſtit. tract.* 3. 54 *num.* 6. in populo ſe immiſcentibus: *c. perpendimus* 123. & *ibi num.* 3. & 6. *de ſent. excommun. Bellet. d. tit. de favore Cleric. Canon.* §. *num.* 24. minorum Ordinum, ut ſecularibus ſe immiſceant, habitum Clericalem & tonſuram dimittentes, nec tertiò à ſuo Epiſcopo admo niti reaſſumentes: *c. contingit.* 36. *de ſent. excom. Sylveſt. in Sum. verb. excommunicatio.* 6. *num.* 6. *Bonacina de legib. diſp.* 10. *qu.* 2. *punct.* § 4. *num.* 20. & *de cenſur. diſp.* 2. *qu.* 4. *punct.* 4. *num.* 6. *Squillante cap.* 6. *num.* 10. mimi, hiſtriones, ſeu joculatores, nec poſt trinam Epiſcopi monitionem reſipiſcentes: *c. un. de vita & honeſt. Cleric.*

*de Graſſ. d. effectu.* 9. *num.* 208. *Bellet. d. punct.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.*
§ 23. *num.* 1. laniones, caupones, publici: *Clem.* 1. *eod. Molina. d.*
*tract.* 3. *diſp.* 34. *num.* 10.

Dicit *in Monachum; Monachi* appellatione hic veniunt *Religioſi* 10
*omnes* utriuſque ſexus Religionem, ſed à Sede Apoſtolica approba-
tam, profitentes. *Squillante d. c.* 6. *num.* 27. *Squeret. d. deciſ.* 45. *à*
*num.* 59. *Lezana in Sum. tom.* 3. *verb. Clericus. num.* 6. *Barboſa lib,* 1.
*Jur. Eccleſ. univ. cap.* 39. *num.* 16. *& de appellativa verbor. utriuſque*
*Jur. ſignif. appellat.* 154. *num.* 2. *Aufrer. de poteſt. ſecul. ref.* 3. *num.* 3.
Licet bigami; *Bonac. d. diſp.* 2. *qu.* 4. *punct.* 1. *num.* 6. *Squillante d. cap.*
6. *num.* 28. Converſi, Converſæ, *Carol. à Tapia in Auth. ingreſſi.*
*Cod. de SS. Eccleſ. verb. ſua. cap.* 10. *à princ. Sperel. in deciſ. fori Eccleſ.*
*deciſ.* 2. *num.* 98. *& deciſ.* 21. *num.* 17. *& deciſ.* 45. *num.* 61. *Miranda in*
*manud. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 3. Oblati, *Carol. à Tapia d. loco*
*num.* 16. *Squeret. dd. locis.* Novitii, *c. Religioſo de ſent. excommun.*
*in* 6. *Prælat. in repetit. Rubr. de donat. int. vir. & uxor.* §. 38. *verſ. quam-*
*vis autem. Navar. conſ.* 5. *de foro compet. in novis. Azor. Inſtit. Moral.*
*part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *qu.* 2. etitam unius diei, *Coriolan. d. tract. de caſib.*
*reſervat. part.* 2. *cap.* 10. *de Judic. Regul.* §. 10. *num.* 19. *Squerel. deciſ.*
16. *num.* 10. *Campan. in diverſ. jur. Can. rubr.* 12. *cap.* 3. *num.* 26.
Tertiarii, ſub habitu & voto aliquo expreſſo collegialiter viventes,
*Fr. Emman. quæſt. Regular. tom.* 2. *qu.* 65. *art.* 5. *Bonacina d. puncto* 1.
*num.* 8. *Squillante d. cap.* 6. *ex num.* 30. *Barboſ. d. part. allegat.* 12. *num.*
41. Sorores Tertiariæ; *Squillante. d. cap.* 6. *num.* 33. *Lezan. in d. Sum.*
*tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 39. *Stratius in opuſc. de Tertiariis. cap.* 9. Eremitæ,
non vagi, ſed firmum vitæ modum, & ſpecialem obligationem Eccle-
ſiaſticam, habentes; *Gloſſ. in can. qui verè* 16. *qu.* 1. *Sylveſt. in Sum. verb.*
*Eremita. Raguc. in vaſe Eccleſ. diſcipl. tit. de excommun. qu.* 71. *Regi-*
*nald. in praxi fori pænit. tom.* 1. *lib.* 1. *num.* 2. *&* 14. *Fr. Emman. d. tom.*
2. *qu.* 63. *art.* 4. Equites S. Johannis Hieroſolymitani *c. canonic.* 50.
*de ſent. excomm. Roderic. in compend. quæſt. Regular. d.* 28. *num.* 1. *Sanch.*
*in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 11. *Squillante d. cap.* 6.
*num.* 27. *Barboſ. d. loc. allegat.* 233. *num.* 6. *&* 7.

Dicit *manus violentas injicere; Manuum violentarum injectione* 11

*intelligitur* quævis contra perſonam Eccleſiaſticam contumelioſa actio, in facto & in opere immediatè conſiſtens, ſive fiat manibus, ſive pedibus. *Barboſa d. lib. & cap. Jur. Eccleſ. univ. num.* 25. *per Pedroſ. in Sum. tit. excommunicat. Papales verſ. contra eos qui ponunt. Avila part.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 12. *Sayr. de cenſur. lib.* 3. *cap.* 26. *Bonac. d. punct.* 1. *num.* 11. *alioſque.* Licet ſit levis; *Suar. de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 25. *&* 26. *Molina d. tract. tom.* 4. *diſp.* 57. Ut ſi quis Clericum capiat per capillos; *Sylveſt. in Sum. verb. Excommunicatio* 6. §. 7. ejus collo ſimpliciter manus injiciat, *Grilæn. conſ.* 82. eum capiat per veſtimentum, ſeu capucium, eumque moveat; ſi quidem adjiciat hæc verba; *Niſi eſſes Clericus, hæc & hæc facerem, aut ſimilia. Sperel. d. loco deciſ.* 45. *num.* 37. *cum ſeqq.* Non ſufficiunt minæ nudæ, nec manus elevatio, vel enſis vibratio, lapidis projectio; *Bellet. d. tit. de favore Cleric. Canon.* §. 2. *num.* 33. *Sperel. d. loc. deciſ.* 20. *num.* 17. & 18. ſine percuſſione. *Sperel. deciſ.* 45. *num.* 1. *&* 63.

12 Hinc patet pænam Canonis incurrere, Clericum in publica cuſtodia, vel privata, ſive in domo propria ſive aliena, ex qua non poſſit exire, injurioſè, aliàs non, *Jacob de Graff. deciſ. aur. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 23. *Carol. de Graff. d. effect.* 9. *num.* 105. detinentes: *c. nuper & ibi Gloſſ.* 1. *Abb. num.* 1. *Felin. num.* 1. *de ſent. excom. Bellet. d. tit.* §. 1. *num.* 4. Licet Judices ſint ſeculares: *Sayr. de cenſur. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 16. non verbis injurioſis & minis tantum, *Suar. de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 20. 30. *& ſeq. Sperel. d. deciſ.* 45. *num.* -- aliquo in loco, ut ſine pudore egredi non poſſint, occludentes: *Suar. d. num.* 30. *ad fin. &* 30. *ad med. Navar. d. cap.* 27. *num.* 77. *Coninck. diſp.* 14. *dub.* 15. *verſ. idem dicendum.* in eos contumelioſè ſpuentes, oleum aliudve, ſuper eos effundentes: *Gloſſ. verb. manus. d. can. ſi quis ſuadente. Gloſſ.* 1. *in can. ſi quis pulſatus. de pænit. diſt.* 1. *Bellet. d. tit.* §. 1. *num.* 4. *verſ. & in ſpuente.* de manibus eorum vel corpore quid per vim rapientes; nè abire poſſint, manu veſtibus, vel frenis equorum quibus inſident, injectis prohibentes: *Navar. d. cap.* 27. *num.* 77. *Bellet. d.* §. 1. *num.* 5. *de Graff. d. effectu* 9. *num.* 88. *&* 95. venenum, ſive in cibo, ſive in potu, unde mors ſubſecutura, eis, vel vi, vel ſine ea ſimulac hoc caſu operari incipit, *Squillante. d. cap.* 6. *num.* 55. *Molina d.*

diſp.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*diſp.* 51. *num.* 4. præbentes, *Bria caſuum conſcientiæ parte* 1. *caſu.* 46. *Sperel. deciſ.* 20. *num.* 8. *cum ſeqq.* eos, etiam volentes & conſentientes, percutientes: *Dd. per c. contingit. de ſent. excom. Cajetan. verb. Excommunicatio. cap.* 10. *Gutierr. de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 16. *à num.* 53. *Bellet. d. tit.* §. 1. *num.* 10. *Bonacina d. qu.* 4. *punct.* 2. *num.* 1. *Squillante. d. cap.* 6. *num.* 69. Clericos ſibi ipſis, animo irato, vel vitæ tædio aliave irrationabili cauſſa, manus inferentes: *ut per Dd. multos ſtatuit Squillante d. cap.* 6. *num.* 70. *Contra d. Barboſa in collect. ad d. can. ſi quis ſuadente. num.* 38. & 39. Clericum verberari, ita ut ſequantur verbera, mandantes, conſulentes: *c. mulieres.* 6. §. *ult. de ſent. excom.* licet conſilium. *Sayr. de cenſur. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 23. mandatum re integra revocaverint; ſi hoc mandatario non innotuerit; *Gloſſ. verb. auctoritate verſ. ſed pone in d. c. mulieres. Leſſ. de juſt. & Jure, lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 3. *num.* 183. *Squillante. d. cap.* 6. *num.* 59. ſi ſic; non: *Gloſſ. in verb. jurare. verſ. ſed ſi quid ſic Dominus. in can. tibi Domino. diſt.* 63. & *verb. mandato. in c. cum quis. de ſent. excom. in* 6. *Gomez. var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 30. *num.* 40. *Menoch. de arbitr. caſu* 352. *num.* 7. percuſſionem Clerici ſuo nomine, licet non mandato, factam, ratam ſive expreſsè, ſive tacitè habentes: *c. cum quis & ibi Gloſſ. verb. ſuo nomine. eod. in* 6. *Suar. d. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 55. *Molina d. tract.* 3. *diſput.* 52. *num.* 4. *de Graſſ. d. effectu.* 9. *num.* 55. *cum ſeqq. Squillante d. cap.* 6. *num.* 68. Quia ratihabitio retrotrahitur & mandato æquiparatur: *c. ratihabitionem. de reg. jur. in* 6. percuſſionem Clerici, cum poſſent, doloſè, *Bellet. d.* §. 1. *num.* 8. *verſ. quod intelligitur*: non prohibentes: *c. quantæ. & ibi Gloſſ. verb. interpretans. de ſent. excommun. Suar. d. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 56. *Covarr. in Clem. ſi furioſus. parte* 2. §. 2. *num.* 7. *Hoſtienſ. in d. c. quantæ. num.* 5. *Abbas num.* 7. & *Felin. num.* 3. Clericum inſequentes, & ut cadat & lædatur, impellentes: *Gloſſ. verb. inſecutione. in cap. felicis. de pœnitent. in* 6. *Bellet. d.* §. 1. *num.* 21. *Squillante d. cap.* 6. *num.* 42. Clericum violanti auxilium aut favorem præſtantes. *Gloſſ. in d. c. mulieres. Sayr. d. lib.* 3. *cap.* 26. *Squillante d. cap.* 6. *num.* 58.

Dicit, *anathematis vinculo*; Id eſt; à corpore Chriſti & Eccleſiæ ſeparatur. *c.* 33. *nihil ſic debet.* 11. *qu.* 3. *can.* 2. *cauſ.* 27. *qu.* 1. *can. tam Sacerdotes.* 24. *qu.* 3.

Dicit *eo ipſo;* Id eſt, ipſo jure extra ſententiam: & ſic majori Excommunicatione.

14 A dicti autem Canonis cenſura *excuſantur;* Pueri & judicio carentes: *Farin. fragm. crimin. part. 1. lit. E. num. 12. Bonacina de cenſur. diſp. 1. qu. 1. puncto 3. à princ. de Graſſ. d. effectu. 9. num. 13. Novar. in Sum. Bullar. tit. de percuſſione Cleric. num. 50.* Non baptizati: *c. poſtulaſti. 14. de Judæis. Socin. in c. pervenit. num. 28. cum ſeqq. verſ. ſeptimò principaliter. de ſent. excom. Marcard. de Judæis. part. 2. tit. 5. cap. 5. ſub num. 5.* Ignorantes: *c. ſi verò. 4. de ſent. excom. Covar. c. alma mater. part. 1. §. 10. num. 15. Bellet. d. tit. §. 2. num. 14.* Non in perſona errantes: *Covarr. d. §. 10. num. 15.* modò intentionem habeant percutiendi Clericum; aliàs ſecus. *Suar. d. diſp. 22. ſect. 1. num. 54. Barboſa d. lib. 1. Jur. Eccleſ. univ. cap. 39. §. 1. num. 60.* Excuſantur etiam Clericum per jocum: *c. 1. & ibi Abbas. num. 4. Gloſſ. verb. de familia. in c. cum voluntate. §. fin. ubi Hoſtienſ. num. 12. de ſent. excomm.* Caſum fortuitum, *c. 3. eod.* aut leviter, ut venialiter tantum peccent, *Suar. d. diſp. 22. ſect. 1. num. 23. Sayr. d. lib. 3. cap. 27. num. 33. Squillante. d. cap. 6. num. 51.* aut ad defenſionem corporis ſui vel alieni ſervato inculpatæ tutelæ moderamine, *c. ſi verò. ill. 1. ubi Abb. num. 14. eod. Covar. in Clem. ſi furioſus. part. 3. §. unico. num. 5. in princ. Gomez. d. tom. 3. cap. 3. num. 20. Bellet. d. tit. §. 2. num. 2. Squillante. d. cap. 6. num. 77. & 79.* aut defenſionem & conſervationem, rerum ſuarum, *Abb. cum non ab homine, 14. num. 18. de judic. Graff. in aur. deciſ. part. 2. lib. 3. cap. 5. num. 4.* aut proximi; *Suar. d. diſp. 22. ſect. 1. num. 39. & Graſſ. de effectu. 9. num. 273. Squillant. d. cap. 6. num. 90.* item pudicitiæ propriæ, *Navar. d. cap. 27. num. 85. Novar. tit. de percuſſ. Cleric. num. 51.* uxoris, ſponſæ, matris, filiæ, ſororis; propriæ, non adoptivæ, *d. c. ſi verò. ubi Gloſſ. verb. turpiter Bellet. d. §. 2. num. 9. Squillante d. cap. 6. num. 81. Bonacina de cenſur. diſp. 2. qu. 4. puncto 4. & 5. Squillante d. cap. 6. num. 82.* aut cauſſa correctionis, ſi Superiores, *c. univerſitatis 24. de ſent. excom.* Patres, *fac. c. 1. & c. ex tenore. eod. &* *ſuſtinent Sylveſt. in ſum. verb. Excommunicatio 6. Ægid. de Coninck. de Sacram. diſp. 14. dub. 15. num. 192. verſ. addunt. Navar. d. cap. 27. num. 82. Diſſ. Gloſſ. verb. inferiorum. in c. cum voluntate. 54. eod. Squillante d.*

*cap.* 6. *num.* 95. Magiſtri, *d. c.* 1. *eod. Suar. d. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 49. percutientes.

Nec in dicti canonis pænam *incurrunt:* Clericum ſibi, *de Graff. d. cap.* 5. *num.* 23. *Squillante d. cap.* 6. *n.* 93. vel alteri injuriam inferre volentem, ut compeſcant capientes &, ut Superiori ſuo conſignent, ligantes: *Innoc. in c. ſi verò. il.* 2. *& ibi Abb. num.* 6. *eod. & Abbas. in d. c. cum non ab homine. de judic. num.* 11. *&* 12. *ubi Felin. num.* 1. *Dec. num.* 36. *Boſſ. tit. de captura. num.* 38. *Bell. d. tit.* §. 2. *num.* 24. Judices Laici & eorum familia Clericum in flagranti delicto, vel noctu cum criminis ſuſpicione magna, inventum; ſed ut ſuperiori præſentent ſtatim, apprehendentes: *Gloſſ. in expoſit. caſ. c. ſi judex. de ſent. excom. Gloſſ. in d. cum non ab homine. ubi Abb. num.* 11. *&* 12. *Hoſt. num.* 4. *Dec. num.* 41. *cum ſeqq. Clar.* §. *fin. qu.* 28. *verſ. ſi verò loquimur. Squillante d. cap.* 6. *num.* 91. ut nec Creditores, Clericos debitores ſuos, de fuga ſuſpectos, *Innoc. in c. ut famæ. ubi Abb. num.* 6. *de ſent. excom. Abb. num.* 11. *&* 17. *Felin. num.* 4. *Dec. num.* 4. *in d. c. cum non ab homine.* & cautionem idoneam non offerentes, *Bald. in d. c. cum non ab homine. num.* 7. detinentes, & quantocius ad ſuum Superiorem remittentes. *Boſſ. d. tit. num.* 27. *Bellet. d.* §. 2. *num.* 30. nec Officiales & Miniſtri Principum, dum arcent turbam, Clericum percutientes. *d. c. ſi verò. Sayr. d. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 27. *Bonacina d. diſp.* 2. *qu.* 4. *num.* 2. *verſ. ſecundus. Squillant. d. cap.* 6. *num.* 46.

Dicet canon; *A quo non poſcit niſi per Romanum Pontificem ab-* 15
*ſolvi:* Puta regulariter; excepto urgente mortis articulo; *d. c. ſi quis ſuadente. Carol. de Graff. d. effectu.* 9. *à num.* 148. *Torreblanca de Jure Spirit. lib.* 15. *cap.* 6. *num.* 29.

Dico *regulariter;* Poteſt enim Epiſcopus in multis diſpenſare caſibus; Ut ſi fuerit percuſſio levis: *c. pervenit.* 17. *de ſent. excommun.* Qualis illa, ex perſonarum, locorum, temporum, circumſtantiis, percuſſionis & læſionis modo judicabit: *Molina d. tract. de Juſtit.* 3. *cap.* 28. *num.* 34. *Bellet. d. tit.* §. 3. *num.* 34. *Squillante d. cap.* 6. *num.* 110. *Novar. in Sum. Bullar. tit. de percuſſione Clerici. num.* 30. *cum ſeqq.* Si Clerici in communi ſocietate Viventes ſe mutuo, non enormiter, percutiant: *c. quoniam de vita & honeſt. Cleric. Bellet. d.* §. 3. *num.* 5.

Squil-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Squillante d. cap. 6. num. 106. Si idem faciant Monachi ejuſdem clau-ſtri, poteſt diſpenſare Prælatus vel ſolus, ſi ejus diſcretio ad correctio-nem ſufficiat, ſi non; adhibendus eſt Epiſcopus: c. Monachi 2. c. illo-rum. 32. c. canonica. 30. de ſent. excomun. Novar. d. loco. num. 47. Cu-jus etiam eſt diſpenſare, ſi Religioſus percuſſerit Clericum: c. Religio-ſo 21. eod. in 6. Ut & ſi Monialis Monialem, vel Converſam vel Cle-ricum, etiam enormiter, percuſſerit; c. de monialibus. 33. ubi Gloſſ. in fin. & Dd. eod. Licet ſit exempta: Squillante d. cap. 6. num. 107. Si percutientes, etiam enormiter, ſint impuberes; ſuper eo. 51. junct. fi. eod. mulieres; c. mulieres. 6. c. ea noſcitur. 13. eod. ſervi filii familias; d. c. mulieres. impotentes ad iter, ut cæci, claudi; c. quamvis 58. eod. ſenes d. c. ea noſcitur. 13. ægri, valetudinarii; d. c. ea noſcitur. 13. c. quod de his. 26. eod. pauperes, d. c. quod de his. de c. quamvis. qui ſine periculo vi-tæ Papam adire nequeunt. c. quod de cætero. 11. eod. Si crimen ſit occul-tum. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.

Hactenus de privilegiis Clericorum circa Eorum perſonas; ha-bent & privilegia circa Res ſuas.

16 Quorum maximum, & apud omnes Catholicos, Theologos Canoniſtas, Juriſconſultos indubitatum; & à Jure Divino trahens origi-nem, ſec. D. Hieron. ad c. 17. Matth. & D. Auguſtin. lib. 1. quæſt. Ev-angel. 11. Sum. de Immun. Eccleſiæ ad Reg. Angliæ lib. 4. cap. 5. num. 12. & cap. 8. num. 16. Bellarmin. controv. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 28. in 4. & 5. propoſit. Quod eorum bona ſint libera à tributis, per Principes Laicos, impoſitis, c. non minus. 4. c. adverſus. 7. de immun. Eccleſ. c. 1. & 3. eod. in 6. c. quanquam. de cenſib. in 6. Clem. un. de immun. Eccleſ. Concil. Trident. 25. de reform. cap. 20. l. ſancimus. 20. Cod. de SS. Eccleſ. Auth. item nulla communitas. Cod. de Epiſc. & Cleric. Quia Chriſti ſunt patrimonium: Correa in repetit. c. inter alia. part. 2. num. 39. in fin. de immun. Eccleſ.

17 Hinc gabellas, vel alia vectigalia & tributa à Clericis, ſeu ex Eo-rum bonis, ſive per ſe, ſive per alios, exigentes excommunicationem reſervatam nulli, incurrunt: d. c. quanquam 4. Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. num. 21. Correa. d. part. 4. num. 7. verſ. ſexta pæna. Bar-boſa de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 50. num. 213. Niſi ſint ca

conſ

conſiderationis parvæ: Bonacina de cenſur. in Bulla Cœnæ Domini. diſp. 1. qu. 19. punct. 1. num. 12. ut & excommunicationem reſervatam Bullæ in Cœna Domini clauſ. 18. incurrunt, qui collectas & decimas & alia onera, Clericis & eorum bonis imponunt; impoſita, exigunt: Gutierrez. de Gabell. qu. 92. num. 22. Beia reſponſ. caſuum conſcient. part. 1. caſu 26. in princ. Squillante d. tract. de privileg. Cleric. cap. 8. num. 3. Licet à volentibus. d. c. quanquam. de cenſib. in 6. c. Clericis. de immun. Eccleſ. d. can. 18. Bullæ Cœnæ. c. exigit. ubi Gloſſ. volentes. de cenſib. in 6. Bellet diſquiſit. Clerical. part. 1. de tit. de exempt. Cleric. & honor. §. 2. num. 12. Sperell. in deciſ. fori Eccleſ. deciſ. 37. num. 80. & 81. Non, ſi non fuerint impoſita; & tradantur voluntate libera. Suar. d. loco. diſput. 21. ſect. 2. num. 99. & d. diſp. 23. ſect. 4. num. 1. Anton. de Souſa. de cenſuris Bullæ. cap. 19. diſput. 93. num. 2.

Dicto immunitatis privilegio gaudent omnes Clerici; ſive con- 18
ſtituti in Sacris, ſive in Minoribus, etiam Tonſuræ primæ. d. c. non minus d. c. adverſus. d. c. quanquam: Roman. tom. 3. commun. opin. tit. de gabellis. concluſ. un. verſ. infertur. Trentacinqu. var. reſolut. lib. 1. tit. de jure fiſci. reſolut. 5. num. 7. cum ſeqq. Squillante d. cap. 8. num. 7. Licet ſint excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, irregulares, verbaliter degradati, Duard. ad d. can. 18. qu. 14. num. 3. Bonacina de reſtitut. diſp. 2. quæſt. 9. puncto 2. §. 1. num. 3. & quamvis non habeant requiſita omnia à Concilio Tridentino præſcripta. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. Barboſa lib. 1. jur. Eccleſ. univ. cap. 39. §. 5. num. 15. Squillant. d. cap. 8. num. 8. verſ. ipſe. verò. Non Clerici, etiam cum unica & virgine conjugati; Gloſſa. verb. in cæteris. per text. ibi in c. un. de bigam. in 6. Bertachin. de Gabell. part. 2. num. 17. Duen. reg. 100. num. 8. Tapia de Jure Regn. lib. 1. tit. de Epiſcopo & Cleric. num. 30. Bellet. d. tit. de exempt. §. 6. num. 2. Ciarlin. controv. forenſ. cap. 53. num. 5. Non Bigami; Squillante d. cap. 8. num. 10. Niſi ſint Orientales: Duen. d. reg. 100. num. 2. Squillante d. cap. 8. num. 12. Ut &, licet non tales, omnes profeſſi, Converſi, Novitii, Novitiæ, Converſæ, Barboſa. d. lib. & cap. & §. num. 23. Correa in d. repetit. d. c. inter alia. part. 2. num. 31.

*Roderic. in compend. quæſt. regular. reſol.* 63. *num.* 28. Fratres & Sorores Tertiariæ S. Franciſc & Dominici; *Stephan. Gratian. diſcept. foreſ. cap.* 224. *num.* 34. *& cap.* 363. *num.* 29. *Roderic. d. tract. de Gabell. reſol.* 63. *num.* 31. Eremitæ ſi alicui Eccleſiæ aut loco ſacro, per Epiſcopum dicati; *Fr. Emman. quæſt regular. tom.* 3. *quæſt.* 74. *art.* 11.

19 *Secundum* eſt; Quod ſordida, & extraordinaria ſuperindict munera à rebes Eccleſiæ non exigantur: *l. placet* 35. *Cod. de SS. Eccleſ.* 1. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. Novel.* 135. *cap.* 5.

